

M. K. 22<sup>2</sup>  
(f. 43 r.)

Q. F. F. Q.  
**DISSERTATIO ACADEMICA,**  
 è  
**SCIENTIA CIVILI**  
 Summi Philosophi, Aristotelis,  
 potissimum concinnata,  
*instruens*  
**FUTURUM VI-**  
**RUM BONUM,**  
*Quam*,  
 Benivolo Superiorum Indultu,  
*Studiis Academicis,*  
*in*  
 INCLUTISSIMA SALANA  
*ultra Quinquennium productis,*  
*ad tempus*  
**VALEDICTURUS**  
*Bonorum Censuræ Virorum atque placidæ Commili-*  
*tonum è* *Ex* *Cæs* *exponit*  
**M. HENRICUS Crell/Altenburgensis,**  
RESPONDENTE  
 INNOCENTIO von Einsiedel / Equite Misnico.  
Habebitur  
*in Philosophorum Acroaterio*  
 Ad d. XXIX. Decemb. A. R. S. M. DC. LXIII.  


---

 JENÆ, Charactere NISIANO.



VIRIS

Maxime - Reverendo, Generoso, Magnifico atq;  
Præmodum - Strenuo

DOMIMO

JOANNI DIETERIGO von Schönberg,  
Hæreditario in Mittelfrohna / Reichenbrande  
und Grune/

Serenissimi Ducis Saxo-Altenburgie Consiliario eminentissimo, Ha-  
giosynedri Vice-Præsidi gravissimo, Ecclesiæque Cathedralis  
Numburgensis Canonico splendidissimo,  
Mæcenati ac Patrono Summo,

ut &

Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo,

DOMINO

JOANNI Freiesleben/  
Doctori & Jurisconsulto celeberrimo, ut & Dicasterii  
Provincialis, quod Jenæ habetur, Advocato,

nec non

Amplissimo, Spectatissimo atq; Pre- Clarissimo

DOMINO

JOANNI GEORGIO Brehmien/  
in Inclitâ Altenburgensium Politia Juris Practico  
atq; Advocato famigerabili,  
Patronis, Dominis, Adfini atq; meorum studiorum  
Promotoribus summopere colendis,

Sub

Exoptatissimis Noviennii Auspicis,  
cum omnigenæ prosperi-  
tatis voto,

Hanc Dissertationem Civilem

Inscribo atq; Consecro

Henricus Crell/ Altenburgensis, Phil. Magister.

*In Nomine JESU, Amoris Mei Cru  
cifxi!*



Onstitueram equidem mecum juxta sa-  
niora Philosophiae Civilis fundamenta aliquot  
dissertationes de VIRO BONO, CIVE BONO, at-  
que utriusque DISTINCTIONE compositas Bo-  
NORUM VIRORUM placidæ Σιαλέξει subjicere;  
sed apprehendenti calamum alia evenérunt  
consilia, quæ STUDIIS ACADEMICIS, ultra quin-  
quennium heic locorum protractis, DEO ita volente, ad tempus  
VALEDICENDUM esse suadent: qui abitus, cum opinione citius mi-  
hi accidat, bono obicem ponit proposito, ut vel animus, variis  
exinde distractus curis, hæc impeditis exire meditationibus de VI-  
RO BONO concisa themata ægrè admittat. Sit ergo

THESES PRIMA.

Oὐ δεῖ παντὸς ὅργην ζητεῖν, i. e. non oportet omnium definitionem  
querere, Philosopho Summo IX. Divin. VI. c. ita præcipiente, &  
monente Galenō, Summō studiō ab isto Φιλορεσιας virtio nobis esse  
cavendum; neque expectandas esse semper istas expressas definitiones,  
sed satis esse, si rerum natura copiosè tractetur, diligenterque evol-  
vatur; ut illud nobis suppeditat in Philosophiâ Altdorphinâ acu-  
tissimus Piccartus Disp. 13. p. m. 163. Si itaque accuratam atque o-  
mnibus Logicorum regulis convenientem VIRI BONI definitio-  
nem exhibere non fuerit de integro, quis inde ἀπαιδελοιας nobis  
obtrudet crimen?

Th. II. Cum maximam quoq; partem ὀμωιυμία definitio-  
ni isti exstruendæ infesta esse videatur. Licet enim primo intu-  
itu videri alicui posset BONI VIRI significationem extra ambigui-  
tatis sphæram esse positam; Philologorum tamen filii, quippe  
quibus incumbit ex variis Autoribus varia colligere significata,  
in hoc assignando quoque fuere operosi, uti præter multos alias  
videri potest CL. Pareus in Lexico suo Critico p. m. 151.

A 2

Th. III.

Th. III. Tacebo namque BONOS VIROS olim interdum Romæ dicitos fuisse *argentarios*, *fæneratores*, & *publicanos locupletes*, teste *Cic. libr. i. Off. c. ult.* interdum ita fuisse appellatos *Candidatos*, teste *Senec. l. i Epist. Nobiliss. Bæcl. in Chrestom. Terent.* aliquot assignavit locos, in quibus Bonus Vir ironicè accipiatur, qui ibi potest videri: & nescio quō fatō optumas hasce BONI VIRI voculas Germani Nostri deturpârint atque in pessimam significationem detorserint, quam recensere tædet. Neutram ex hisce nos inquirimus.

Th. IV. Hinc præter hæc significata *Nob. ac Excell. Dn. Conringius Libr. de Prud. Civili elegantissimo c. 13. p. m. 266.* ubi disputat an rectè nonnulli dixerint politicum Virum omnem oportere quoque esse *VIRUM BONUM*, dicit in vocabulo *BONUS VIR* non-nihil est ambiguitatis. Aliis enim audit demum

*VIR BONUS* & *sapiens*, qualem vix repperit unum  
Millibus è multis hominum consultus Apollo, ut canit *Auson.*  
*vel*, is cuius nomen innumerabilibus officiis contineri affirmat *Cicero l. 3. de Off.* Aliis etiam *VIR BONUS* est, qui malus non est, quamvis nevis baud careat aut vitiis quoq; modicis, quâ ratione optimus est qui minimis urgetur.

Th. V. An verò ille, quem posteriori loco posuit *Nob. Conring.* reverà sit *VIR BONUS*, nos equidem hac vice non disputabimus, quin etiam, an illi rectum sentiant, qui talismodi *VIROS MEDIS* sive *MIXTIS* vel *AMBIGUIS*, ut vocant, annumerant, suo relinquimus loco. Prima impræsentiarum significatio nostræ est tractationis.

Th. VI. Ethoc sensu *CL. Franciscus Piccol. Senensis in Phil. Civil. Grad. X. c. 3. p. m. 755.* dicit: *Formatur & constituitur VIR probus (BONUS) per virtutem moralem universam, quæ virtus perfecta dicitur & c. 2. p. 754. fere iisdem verbis rem proponit, dicit enim: VIR probus (BONUS) virtute formatur, quâ rectè suas animi affectiones componit & intus ac erga se congruenter afficitur.* Hæc Piccolomineus, quæ quidem colligi possunt ex *admimento Ethicorum Nicom.* Opere Summi Aristotelis & quidem ex *Lib. I. II. V. & ultimo. Piccartus in c. 4. l. 3. Polit. Aristot. dicit, virtus VIRIBONI est ualoura, complexus virtutum moralium, sic ut omnibus fit preditus.*

Th-

Th. VII. Facile cum CL. Piccol. consentirem in hoc, quō VIRUM BONUM constituit, modo virtutis intellectualis quoque mentionem fecisset, si non omnis, saltem alicujus. Hoc Ipsius enim non negaverim, quod potius per virtutes morales; quām intellectuales VIR BONUS constituatur, propterea autem virtutem intellectualē non debebat omittere. Et quod hæc non erat omittenda, tūm ex ipsius Piccol. placitis, tūm etiam ex περὶ αὐτοτελείᾳ Aristotelica facili poterit ostendi labore.

Th. IX. Ex Piccolomino quidem, qui concedit c. C. 3. p. 755. quod prudentia sit Dux VIRI probi i.e. BONI. Ibid. dicit, Homo non valet esse probus, nisi sit prudens & c. 5. p. 759. per prudentiam virtus utriusque h. e. ΣVIRI BONI & CIVIS BONI constituitur &c. Ast vero Ipse Grad. 5. c. 1. prudentiam inter virtutes intellectualēs refert. Si ergo per prudentiam virtus VIRI BONI constituitur, si itidem VIR BONUS talis non potest esse, nisi sit prudens, si prudentia est Dux VIRI BONI, sequitur omnino, quod, ubi de constitutione VIRI BONI agitur, mentio quoque debuisset fieri virtutis intellectualēs. Prius est verum juxta Piccol. E. Posteriorius. Consequentia est in aprico.

Th. IX. Aristotelem quod spectat, istud ostendisse in proclivi etiam est; Non solum enim L. 6. Eth. Nic. c. 12. t. 16. dicit: ἐπι τὸ ἔργον διπλεῖται καὶ τὴν Φρέγησιν οὐ τὴν ἡδικὴν δρεπήν. Η μὲν γὰρ αἰσθῆτὴ τὸν σκόπον ποιεῖ σεβόν, η δε Φρέγησις τὰ περὶ θεού. h. e. ex prudentiā & ea virtute, quae ad mores pertinet opus virtutis absoluitur. Virtus enim scopum propositum rectum efficit, prudentia v. ea, quae ad scopum ducunt. Confer. l. 2. Eud. c. 11. l. 7. Pol. c. 1. & 15. & 1. Rhet. 7. verū etiam c. 13. totus in eo est, ut probet prudentiā & παλαιωματιάς individuum esse nexum, t. 29. inter alia ita loquitur παθ' αὐτὸς δε (sc. δρεπάς) ἀπλῶς λέγεται αἴγαδος, οὐκ ἀνδρεχεται, αμαγὸς τῇ Φρέγησι μιᾶς σης πᾶσαι παραίρεξι. In iis autem, ex quibus absolute VIR BONUS nominatur, non idem, una enim cum prudentia, quae una est, ceterae omnes presto aderunt. vide plura c. 5. & seqq. Consule hic quæso Comment. Acciaoli. Ut ita secundum Arist. Prudentia rectè dici possit vinculum virtutum moralium, sine qua, ut Cic. l. 2. Tusc. qu. loquitur, ne intelligi quidem, multo minus haberi virtus ulla potest. (Vide Phil. Altdorffin. Disp. 30. de Republ. §. 50. Excell. Dn. Piccarti) Ast verò

etiam ab Arist. prudentia pro virtute intellectuali habetur, ut  
videri potest c. 3. L. VI. Eth. Nic. Accedit, obiter hoc quidem  
moneo, quod Arist. Operis sui Ethici c. ult. disputet an præcepta  
hactenus tradita ad VIRUM BONUM exstruendum sufficient, ast  
verò etiam de virtutibus intellectualibus integro L. 6. Ethic. egit,  
& sic absque ullo dubio de hisce quoque debet intelligi.

Th. X. Modo illa prudentia sit verè talis & expers artis illius, quâ quidvis simulatur & dissimulatur, quâve alii callidè circumveniuntur. Vide B. Horn. Pbil. Mor. L. 4. c. i. n. 4. ab hac enim abhorret VIR Bonus eamque ὁμῶς αἴδαο πύλησι effugit. Quod autem Illustris Lipsius L. 4. Civ. Doctr. c. 13. n 16. putat prudentiam non desinere esse prudentiam, si guttulae in ea fraudis, semper intelligo ut modice & ad bonum finem, illud valde periculosum mihi videtur, ob humanæ indolis ad vitia proclivitatem.

Th. XI. Si juxta aliorum quoque Autorum sententias di-  
judicari res debeat, tantum abest ut prudentia, tanquam virtus in-  
tellectualis, à V I R I B O N I constitutione removeri debeat, ut etiam  
ipsum intimè perficiat. *Plato* enim l. 3. de LL. eam ἡγεμόνας  
συμπάσης δέστης, ducem omnis virtutis: *Pythagoræi* eam matrem  
& oculum omnium virtutum appellant; quia hæc in omnibus  
actionibus rationem & mediocritatem ostendat. Vide c. 5. L.VI.  
*Eth. Nic.* Imò nonnulli eò progressi fuerunt, inter quos referto  
*Acciaol.* in *Comm.* l. 1. *Eth. p.* 58. & *Magirum* in c. l. p. 65. qui pu-  
tant. *Aristot.* in definitione Summi Boni ( hæc autem habetur l. 1.  
*Eth.* c. 7. τὸ αὐθεώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἀνέγεντα γίνεται καὶ δέσ-  
την. εἰ δὲ πλείστοις αἱ δέσται καὶ τὴν δέσιν οὐ τελεοτάτην, ἐπεὶ δὲ ἡ  
βίω τελείω. *Hominis bonum est actio animi, virtute directa. ac si*  
*plures virtutes sunt, virtute optima ac perfectissimā & præterea in-*  
*vitā perfecta) per virtutem perfectissimam intelligere prudenti-*  
*am, qui tamen eruditè à Piccol. grad. 9. Phil. Civ c. 28: p. 694. re-*  
*felluntur. Sed hæc ἡ παρόδω.*

XII. Ex quibus liquidò constare autumo virtutem intelle-  
ctualem penitus non posse excludi à VIRIBONI constitutione.

XIII. Per virtutem moralem intelligimus illam ipsam, quam Noster Philosophus II. Eth. Nicom. VI. t. 26. definit, quod sit ἔξις περὶ μεσοῦ την στῆθης ψυχας, αέρισμόν λόγῳ, καὶ ὁσα

ος αν Φρέγη μετόφερε. Est habitus eligendi judicio prædictus, in mediocritate positus nos attinente, rationeque sic definita, ut prudens prescriperit. Sicuti & intellectualis, quæ etiam virtus est, ἐπανθυμήσῃ πρὸς φόνον καὶ τιλέξιν, τῶν ἔξεων γῆτας ἐπαινέτας δέσποτας λέγομεν, Sapientem etiam laudamus ob animi habitum, & habitus laudabiles virtutes appellamus, I. Eth. ult. t. 34. 35. à Nostro Philosopho VI. Eth. dicitur esse habitus mentis, ὡς ἀληθεύει ή ψυχὴ τῷ καταφένται ή διποθάναι. h.e. quo ipsa mens affirmando aut negando verum enuntiat.

XIV. Perfectam porrò dicit Piccol. c. l. istam virtutem moralem universam, & jure quidem. Cum enim Aristot. V. Eth. c. i. t. 33. justitiam universalem δέσποτην πλεῖστην appellebat, jam vero justitia universalis cum universa virtute sit ή αὐτή. τὸ δὲ γενναῖον & τὸ αὐτό. esse autem non sit idem, non potest non hæc quoque appellatio universæ tribui virtuti, cum per eam VIR BONUS sit πλείως σώδαιος, perfectam nanciscatur bonitatem Libr. 1. M. M. c. 34. Illi, nempe Aristotelis, inquit B. Horn. L. 3. Phil. Civ. c. ii. n. 4. novum non est virtutum omnium complexum, b. e. virtutem universam, dicere virtutem consummatissimam, quæ formula apud Græcos potissimum est usitata. Huc refer elegantem locum L. 2. Eth. Nic. c. 6. t. 2. εγένεον δὲ πᾶσαν δέσποτην αὐτό τὸ εὑρέχον διποτελεῖην τὸ ἔργον αὐτὸν διποδίδωσιν. Confitendum est virtutem omnem, in quo ipsa est, eum probe affectum reddere officiumque ejus ac munus probe exequi. & t. 5. εἰδη τὸ τέλον πάντων διτεως ἔχειν ή δὲ αὐθεώπη δέσποτην εἴναι εἴσις, αὐτὸς ής αὐγαδός αὐθεώπη γίνεται, ηγάδη αὐτὸς εὖ τὸ εαυτὸν διποδώσῃ: Quod si ita est in omnibus, certè hominis virtus erit habitus, quo & VIR BONUS efficitur & officio suo probe fungitur.

XV. Dixi §. 14. justitiam universam & virtutem universam esse eandem, τὸ esse tamen non esse idem, sed diversum. h. e. distinguere τῷ λόγῳ, vel ratione, quam distinctionis rationem pulcrè ipse exposuit Aristoteles c. l. Idem modus loquendi occurrit quoque VI. Eth. 8. t. 1. ἐστι δὲ ηγάδη πολιτικὴ ηγάδη Φρέγης ή αὐτὴν εἴσις, τὸ μὲν εἴναι & τὸ αὐτό αὐτῶν; Vid. Incomparabilem Doctorem Academiæ Julie, B. Horn. L. 3. c. ii. n. 3. & L. 4. c. 1. Philosoph. Civ. Ut ita in crassum errorem impegerit Timplerus in Phil. Pr. c. x. Qu. 4. qui Summo Philosopho contradictionis noram impunere conatus fuit, dum virtutes easdem esse cum justit. univer-

sali



fali & tamen τῷ εἴναι differre contradictionem implicare sibi persuasit, non etiam Viris cordatis.

XVI. Ille itaque demum VIR Bonus erit, qui omnes suas actiones, juxta virtutum præcepta, quibus se modeste imbui admisit, ad honestatem unicè componit, atque secundum illam vitam transigit; vel ut Maximè Rev. Dn. Cell. Libr. I. Pol. c. 5. §. 14. qui res honestas agere eligit honestatis gratia, ita ut idem VIR Bonus omni loco, omni tempore eodem se habeat modo & sit περιστατικός aut ἀμετάπολος, quadratus & immobilis. γέδε γαρ δὴ τῆς δρεπῆς οὐανὸν τὸ εἰδέναι, αἷλλ' ἔχειν καὶ χεῦθε πειρατίου, η̄ εἰ πῶς ἀλλως ἀγαθοὶ γνώμενοι, inquit Philos. X. Eth. Nic. 9. t. 3. non satis est de virtute eam cognovisse, d. ut eam habeamus, ut tamurque est enitendum, velsi quo alio modo BONI VIRI efficimur, &c. quod quoque l. 2. Eth. c. 2. & 4. proponit. Et sic tandem illi evadunt, quos Philosophus toties ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΟΥΣ appellat.

XVII. Sed τῷ γόνῳ ἔργον χαλεπὸν juxta Philosophum nostrum. Hinc ipsum καὶ ποδαsequemur ostensuri quo modo ex profundissimā vitiorum abyssō ad summum VIRI BONI fastigium aliquis possit elevari.

XVIII. Et quidem difficultatem istam parit difficultas acquirendi virtutes. Si enim naturā istae nobis inessent, felicius atque velocius ad felicitatem istam humanam, quam Summum bonum vulgò vocamus, de quo Phil. l. 1. & X: Eth. pertingere atque VIRI BONI naturam liceret induere. Quia verò à natura neglecti sumus sine istis habitibus geniti, de quo vide Arist. l. 2. Eth. Nic. c. 1. δῆλον, inquit, ὅπι γέδε μία τῶν ηθικῶν δρεπῶν Φύσει ημῖν γίνεται perspicuum est nullam moralium virtutum nobis naturā in generari. & infra t. 16. εἴ γόν μη διπλεῖχεν, γέδεν αὖ ἐδειξαντος, αἷλλα πάντες ἀνέγνωντο ἀγαθοὶ η̄ ικανοὶ. Quod nisi ita se haberet, doctore nibil opus esset, verūm omnes boni aut mali nascerentur) utique non sine sudore istas parari constat cuilibet. Ut ita pulcrè Poëtarum vetustissimus, Hesiodus. Τῆς δὲ δρεπῆς ἴδεωτα γεοὶ προπάρεγιτεν ἐθηκαν αἴθαντοι. Somniant itaque qui Summo Philosopho ex hujus loci inadvertentiā hanc obtrudunt sententiam, quasi ab ortu statim nobis connascantur Virtutes, cum καθ-

καθδύναμι iste contrarium ostendere unicè conetur. Vide aureum Tr. Philosophi Consummatissimi atque in orbe erudito Celeberrimi DN. JOHANNIS ZEISOLDI, Evergetæ mei Summi atque Praeceptoris Optumi, de Notitiis Naturalibus. Quod autem in constantiæ arguunt Philosophum Sapientissimum atque ex c. 13. l. VI. Eth. Nic. afferunt δέετας Φυσικάς, putant se reperiisse, non quod pueri in faba, & hi, quid sint Aristoteli Φυσική δέετας, non intelligunt, de quo penitus ipsum inspiciant atque doctissimos Commentarios evolvant, ut sibi ipsis possint consulere. Addant quoque B. Horn. Phil. Mor. L. 3. c. 1.

XIX. Sed ad Nostrum accedamus. Ita iste L. X. Eth. c. ult. t. 12. Γίνεσθε αἰγαθός διοντας οἱ μὴ φύσης, οἱ γένης, οἱ διδαχῆς. Quæ verba Acciaolus ita p. 898: effert: Homines sunt BONI communis sententia aut naturâ, aut doctrinâ aut consuetudine. Sed non propriè naturâ, nec statim etiam doctrinâ. Ergo consuetudine. L. VII. Pol. c. 13. illud ipsum quoque, paucis mutatis, repetit: ἀλλὰ μὲν αἰγαθοὶ καὶ τρεπόμενοι γίγνονται Διὸς τειῶν, τὰ τρεῖα δὲ τὰντα δῖ, Φύσις, ἔθνος, λόγος. Fiunt autem BONI probique tribus rebus, natura, moribus, ratione. & c. 15. l. 7. polit. eadem quoque proponit. Et profecto hæc omnia ad BONI VIRI constitutionem ita concurrant necesse est, (hæc δεῖ περὶ αἰληλα συμφωνίας τὴν δέσπουτην συμφωνεῖν, inquit Aristot.) ut si alterum etiam desit, BONI VIRI nomen vix aliquis dignè possit impetrare.

XX. Quid autem ista, Φύσις, διδαχή, ἔθνος & λόγος importent, ob pagellarum angustiam explicari non potest. Videatur Ipse Philosophus, qui in subsequentibus curatè, more suo, ista illustrat.

XXI. ΦΥΣΙΝ, quæ σόκε φύσιν τελέχει, αἰλλὰ Διὸς τυνὸς θείας αἵτιας. X. Eth. Nic. 9. t. 15. Græci alias Θεοῖς appellant, Latini bonam indolem atque ad virtutes proclivem, de quâ eleganter agit Nobil. Dn. Conring. L. de Pr. Civ. c. 13. p. m. 521. quæ indoles est quasi fundamentum atque basis; Cum verò ista non sufficiat, accedat necesse est ΔΙΔΑΧΗ, per quam non tantum intelligimus doctrinam, vel, si mavis, docilitatem, quâ quis virtutes sibi curat instillandas, atque maximè φιλομάθειαν, cupidum virtutes discendi amorem, Vide Conring. c. l. p. 253. Sedetiam educatio-

nem, δέη, inquit Phil. X. Eth. 9. t. 15. ὁρθίσειν τοῖς ἔθεσιν τὴν ψυχὴν περὶ τὸ παλᾶς χαίρειν ηγάπιστον. opus est ut antea excultus sit moribus animus ad recte gaudendum & odio prosequendum. &c. 19. δεῖ δὴ τὸ ἄριστον πᾶς οἰκεῖον τῆς αρετῆς, τέλεον τὸ παλὸν καὶ δυχερέμον τὸ αἰχρόν, oportet mores prius virtuti esse accommodatos, ut & honestatem diligent & abhorreant turpitudinem. Quod quoque refer, quæ habentur L. 2. Eth. c. 3. t. 6. διὸ δεῖ ἡχθαί πως δύνεται νέων, ὡς ὁ πλάτων Φησὶν, ὡς τῷ χαίρειν ηγάπιται οἷς δεῖ, ηδὸν ὅρθη παρθεία ἀντη ἐστιν. Itaque Platonis sententia institutos esse quodammodo oportet jam inde à pueris, ut iis lætemur doleamusque quibus oportet, hæc enim recta est educatio. γένδεσιν αγαθὸς, οὐ μὴ χαίρειν τῷ παλᾶς πεάξει, inquit Phil. I. Eth. Qua de educatione Vide Phil. I. 1. Eth. & CL. Arnis. Doctr. Pol. c. 18. p. 172. Sed cum virtus non sit θεωρίας ἐνεκα, ὥστε εἴλατα, ceu moner Arist. 2. Eth. 2. t. 1. (οὐ γὰρ οὐδὲν εἰδῶμεν, τί οὖν ἡ δρετὴ, σκεπτόμεθα, αλλ' οὐ αγαθοὶ γνώμεθα. ἐπεὶ οὐδὲν αὐτὸν οὐδελόγονται) demum ΕΘΟΣ sive consuetudo hæc duo perficit atque in VIRO BONO utramque facit paginam, quod pertinet ΦΙΛΟΠΑΤΙΑ, vel laboris tolerantia, ut in bonis actionibus exercendis nūquā defatigetur. ΛΟΓΟΣ demum vel RATIO maximè etiam requiritur, ut sc. RATIONI ad recta præeundi vel monitis bonorum virorum obtemperet. Notanda sunt verba Doctissimi Paraphrastæ, Danielis Heinsii in c. 13. l. 7. Pol. p. 772. Quare inter est ad probitatem hominis atque honestatem, ut in eo tria quidem hæc consentiant, penes rationem tamen modenimen maneat ac regimen. Adducti enim ratione homines multa contra mores & naturam faciunt, similius contrarium existimant. Exempli loco esse poterunt Phædo, Polemon & Themistocles, de quibus consuluntur ipsorum Historiæ.

XXII. Aut si brevius ex Nostro Philosopho eloqui rem licet, qui BONI VIRI nomine velit cohonestari atque ejusdem naturam induere, non debet esse περὶ τὴν αρετὴν πεπηρωμένον. Eth. c. 9. t. 7. h. e. ad virtutem mutilatus. h. e. non debet esse fatuus, qui non possit intelligere ea, quæ sunt honesta & recta & propterea ad honestatem non posse contendere, quam tamen VIR BONUS unicè sectatur. Neque debet esse μαλακὸς, ut alicubi Noster loquitur, h. e. mollis, qui laboribus frangatur.

XXIII.

XXIII. Atque ita quidem comparatum esse oportet illum, qui VIR Bonus audire cupiat. Sed ulterius est progrediendum juxta dictum quidem Nostri Doctoris, quomodo VIR Bonus virtutes, per quas quippe constituitur, & possit & debeat comparare.

XXIV. Sed juxta Aristot. 2. Eth. 9. Στοίως χαλεπὸν, observationes ibi adductas præprimis quod virtus sit μεσότης δύο κακῶν, τῆς μὲν οὐαδ' ὑπερβολὴν, τῆς δεκατής ἐλλεψίν. t. 1. Ast verò εἰδάσθω γε τὸ μέσον λαβεῖν ἔργον t. 3. difficile est reperire in omni remedium. quapropter οὐδὲ ἔργον οὔτι πεπλαγμένον εἶναι. difficile est virtute excellere atque adeo esse VIRUM BONUM.

XXV. Ante omnia autem, ut colligi potest ex L. II. Eth. c. 9. FUTURUS VIR BONUS totis in id incumbat viribus, ut omnes actiones juxta rectam rationem instituat, (τὸ μὲν δὲν κατ' ὄρθον λόγου πεάθειν οὐνοίν, inquit 2. Eth. Nic. 2. t. 3. Recta rationi convenienter agere primum. Ex rectâ ratione autem agere est, ὅταν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς μὴ ηὐλύει τὸ λογικὸν ἀνέργειν τὴν αὐτὸν ἀνέργειαν. τὸ δε γε ή πεῖξις ἐσὶ κατ' τὸν ὄρθον λογὸν, inquit Arist. 2. M. M. c. 10. cum anima pars irrationalis non prohibuerit rationalem suam exercere actionem.) neque ut illud agat, quod videtur aut maximè ipsi libet, sed quod expensis omnibus circumstantiis quam rectissimè deprehenditur, ὅπερ δὲ ἐσὶ τὸ δέ, οὐδὲ πάνιον, οὐδὲ ἐπανετὸν, οὐδὲ οὐαλὸν. t. 4. id est bonum & rarum & laudabile & honestum.

XXVI. Hasce autem circumstantias edocebit μεσότης δύσι πρὸς ημᾶς, ὡρισμένη λόγω, οὐδὲ οὐ φέρνειν θερίσει. 2. Eth. 6. t. 26. mediocritas quoad nos & RATIONE definita, vel prout vir prudens determinaverit.

XXVII. Ut ergo istius μέσου σοχάζεται, hoc est, istam mediocritatem investigare & exquirere possit, πρῶτον μὲν δύναμιν δεῖ τῷ μᾶλλον ἀνατίῳ t. 5. primum ab eo debet, quod medio maximè est contrarium, discedere. Illustrat hoc Aristot. exemplo Circes apud Hom. l. 12. Odys. Ulyssen, cui inter duos periculosos scopulos, Scyllam & Charybdim navigandum erat, adhortantis ut magis navim deflectat à Charybdi, tanquam scopulo magis periculoso, τῷ γε ἀκρων, eodem textu s. τὸ μὴ οὔτι αμαρτώλω-

περν. τὸ δε ἡπλον. Extremorum enim alterum gravius est peccatum, levius alterum. Hinc semper ab eo, quod magis adversatur medio, longissimè est recedendum, atque ad illud, quod minus adversatur, deflectendum. Επεὶ δὲν, t. b. Σ μέσα τυχεῖν αἰνεῖς χαλεπόν, καὶ τὸν δεύτερον, Φασί, πλεν, τὰ ἐλάχισα ληπέον τῶν νανῶν. Quoniam autem modum apprimè tenere est difficillimum, secundo, ut ajunt, cursu minima mala sumenda sunt. Ubi tamen eximia opus est prudentia, ne ab altero extremo abeuntes, alteri extremo immergamur, ne nobis illud, quod in proverbio est, obtrudatur :

Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim,  
quod latè prosequitur Erasm. Adag. Chil. I. cent. 5. ad. 4. aut quod  
imperitis & incautis hominibus quoque interdum solet accidere:

Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.

XXIX. Quia autem in unoquoque homine est ad vitia proclivitas (quæ an naturalis dici possit, negante Incomparabili Slevogtio Disp. Pr. de Vitio Mor. affirmante verò B. Horn. in Phil. Mor. L. 3. c. 3. n. 2. Εἰδ. alibi diximus) hæc enim utique est in nobis, (ut inde quoque eveniat ηγήτην ἀρετὴν ὄμοιως δὲ ηγήτην νανίαν ἐφίμιν εἶναι, Arist. 3. Eth. 5. t. 3. Ε 37.) VIRO BONO evasurodē σκοπεῖν περὶς ἀντὸς Θηταφορῷ, ἀλλοι γδ περὶς ἀλλα πεφύκαρδο. Videndum ad quæ vitia quisque sit proclivior. Alii enim ad alia sumus procliviores t. 7. Si itaque aliquis se excusat atque ad quædam vitia se propensum esse animadverteret, sequatur Prudentissimi Nostri Magistri consilium. sc. εἰς ἔναντίον δὲν ἀφέλικεν, πολὺ γδ ἀπαγαγόντες Σ αμαρτίαν εἰς τὸ μέσον ἥξουμεν. in contrariam partem debet se deducere, longè enim deducti à delinquendo veniemus ad mediocritatem. E. g. si quis in se animadvertiset semina quædam, quæ ad avaritiam ipsum propensum redundunt, totis viribus ad ejus contrarium, nempe prodigalitatem contendat, & sic paulatim liberalis esse incipiet. Non autem longius arcendum, unde sciamus, ad quænam vitia simus θηταφοροι: τοῦτο δὲ εἴσαι γνώριμον σκη τῆς ἡδονῆς ηγήτης λύπης γενέντις ημᾶς. Ex ea voluptate & aggritudine, quæ nobis accidit, illud intelligemus. E quibus enim vitiis majorem sentimus voluptatem, & ubi majorem percipimus dolorem, si vitiis indulgendi

gendi desit occasio, ad ea magis inclinamus. E. g. si quis dele-  
cta tur luxuria, & si dolet, cum ipsi luxuriandi occasio præscindi-  
tur, signum est, quod ad intemperantiam sit pronus, hinc ab in-  
temperantia longius debet abire & ad *αραιοθησίαν* se vertere,  
(quamvis ratisimè talismodi inveniantur, ita ut etiam *Arist.* 3.  
*Eth.* 11. t. 22. propterea dicat talem vacare nomine) ut se in  
oppositum trahendo melius medium inveniat: id quod *Arist.*  
exponit simili eorum, qui ligna curva dirigere volunt, ut ea in-  
partem contrariam flectant. t. 8.

XXIX. Non possum à me impetrare, ut omittam h. l. ob-  
jectionem doctissimam, *ipsissimis autem Optimi Aristot Commenta-  
toris, Acciaoli verbis in b.l.p.178. adscribam.* Dubitatur, inquit, quia  
hoc documentum quoquo modo videtur superiori contrarium.  
Nam per primam regulam debemus recedere ab avaritia, quæ est  
magis contraria medio, i. e. liberalitati, quam prodigalitas, & ta-  
men si quis esset magis inclinatus ad prodigalitatem, per secun-  
dam regulam magis deberet recedere à prodigalitate. Hæc ergo  
videtur esse opposita. Dicendum, quod ut plurimum evenire  
videtur, ut homines secundum appetitum sensitivum ferantur ad  
id quod est magis oppositum virtuti & medio. Philosophus au-  
tem antea dixit quod hæc doctrina non oritur ex principiis ne-  
cessariis; sed ex iis, quæ ut plurimum sunt & oportet accommo-  
dare præcepta subjectæ materiæ, quod si fieri possit quandoque,  
ut aliquis magis inclinetur ad extreum minus oppositū medio,  
hoc raro eveniet: & tamen si quando eveniet, secunda regula vi-  
detur servanda ad inveniendum medium. Philosophus igitur si-  
bi non contradicit, secundum ea, quæ ut plurimum fieri solent.  
Hucusque Acciaolus.

XXX. Notanter dicit Acciaolus: *banc doctrinam non oriri ex  
principiis necessariis, sed ex iis quæ ut plurimum sunt.* Vide *Acciao-  
lum supra in c. 3. l. 1. Eth. p. 14.* Digna sunt verba Philosophi, quæ  
adscribantur. T. 1. & 2. dicit: *λέγοιτο δὲ αὐτὸν ἵκανως εἰ καὶ τὴν  
τελεοւμένην ὑλὴν Διάσαφηθεῖν. Τὸ γδ ἀνέβεις οὐχ ὁμοίως τὸν ἄπα-  
στοις λόγοις επιζητέον* (vide c. 7. t. 51. ubi hæc repetit dicens:  
*τὴν ανέβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἄπασι θετιζῆτεν*) ac satis habebit ora-  
tio, si pro reposita explanabitur. Non enim in omnibus orationibus  
subtilitas requirenda est. t. 3. τὰ δε παλὰ καὶ δίκαια. *ῳδὲ ᾧ η πολε-*

πη̄ σκοπεῖται, τοσάντην ἔχει διαφορὰν οὐ πλάνην, ὡς δοκεῖ  
νόμω μόνον εἶναι, Φύσει δὲ μὴ. ut in rebus honestis ac justis, in qui-  
bus versatur civilis scientia, tanta inest disceptantia, tantus error,  
ut lege solum, non natura constituta videantur. t. 5. ἀγαπητὸν  
οὐ τοιότων οὐδὲ καὶ τοιότων λέγοντας παχυλῶς οὐδὲ τὸ πάντα  
ληθὲς ἐνδεινῦθε, οὐδὲ τῶν, ὡς επὶ τὸ πολὺ οὐδὲ καὶ τοιότων λέ-  
γοντας, τοιάντα οὐδὲ συμπεράνεθε. &c. Ergo satis erit eos, qui de  
bis rebus & ex his verba faciunt pingui Minervā & rudiūs, quid  
verum sit demonstrare, & qui de rebus, quæplerumque eveniunt ex  
hunc differunt, tales efficere conclusiones. Addet. 5. c. 2. L. 2. Eth.  
Nic. i. M. M. c. 1. & i. Eud. c. 6. Ex quibus omnibus abunde  
intelligetur in doctrinâ de moribus non esse spectandam argu-  
mentorum subtilitatem & necessitatem. Hinc etiam B. Corn.  
Martini in Disputationibus suis Ethicis à nobis non ita pridem edi-  
tis Disp. 2. §. 8. Ne autem quispiam demonstrativam scientiam ibi so-  
mniet. Videatur quoque Thesis I. huic disputationi à nobis ad-  
jecta. & B. Horn. Disp. I. Eth. ex Arist. Libr. Eth. de prompta §.  
14. demonstrationibus hīc, qualibus inscientiis, locus non est, cum  
ἀνείσαι querere in iis, quæ ipsam suā naturā respuant, non tantum  
non oper& pretium, sed quoque ineptum sit. Addē Ejusdem Phil. Mor.  
L. 4. c. 2. t. 4.

XXXI. Sed in viam. Hoc facilius non solūm observare, ve-  
rūm etiam perficere poterit ille, qui in BONUM VIRUM est eva-  
surus, si in omni, quod suscipit, negotio evitet voluptatē: καὶ πάντες  
Ἰουάλιστε Φυλακήσεων τὸ ήδυ οὐ τινὲς ήδονες t. 9. neque hoc quidem  
absque prægnanti ratione: οὐ γάρ αδίνασοι ορέγοντες ἀντέ. t. 10.  
de hac enim non venimus incorrupti ad judicandum. Ita enim cum  
voluptate est comparatum ut ne quidem nobis sentientibus illa  
obstrepatur ac à primis annis in sensum & animos nostros irreparat,  
nobis deinde imponat, animos nostros à virtute detorqueat &  
ab honestis actionibus absterreat, dicente Cic. l. 2. Off. Huc refer, quæ  
Aristot. 2. Eth. 3. t. 17. ἐπὶ δε καὶ νηπίοις πᾶσιν ήμιν σωτέρεσσαντας, διὸ  
οὐχαλεπὸν δύστρεψι φαδαγα τοῦτο πάθει εγκεχρωσμόν τε βίω.  
Præterea quoniam jam inde à parvulo nobiscum educata est, sc. volu-  
ptas, difficile factu est hanc animi affectionem eluere omnino, quâ vi-  
ta imbuta est. Quapropter ita voluptatem caveamus tanquam  
acrius

acrius venenum immittat atque scorpii araneæ, juxta prudentissimi Nostri Doctoris monitum, quod egregio simili Seniorum Trojanorum illustrat & Priami, quod Helenam, quamvis formæ laudatissimæ virginem, Græcis remittat potius, quam ut propter illam in tantum discrimen proprium conjiceret regnum. t. II. Huc etiam pertinet, quod prudentissime monet Noster Doctor VI. Eth. V. t. 15. § 16. τῷ δὲ διεφθαρμένῳ, οἱ ἡδονὴν ἢ λύπην, οὐδὲ φανεῖται ἢ ἀρχή. οὐ δὲ Δῆμος τεῖχος αἰρεῖται πάντα περιεβλεπειν. εἰς γὰρ ἡ κακία Φθαρπιὴ τῆς δέκτης. οὐτων γὰρ αὐτὴν διποπειπόμενοι ἡπον ἀμαρτησόμεθα t. 12.

XXXII. Monitis hisce si patientem præbuerit aurem iste, cui VIRI BONI perfectio curæ est & cordi facile ad auream mediocritatem pertinget, quæ ipsum edocebit, quomodo omnes actiones, veluti in §. 25. diximus, juxta rectam rationem possit instituere, quod etiam arbitratur Noster Doctor: ταῦτα δὲ ποιεῦντες, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνησόμεθα τοῦ μέσος τυγχάνειν. t. 13. quod repetit elegantissimis verbis, quibus caput hoc IX. concludit. Τὸ μὲν ἀρχαὶ τοσσούτον δηλοῖ &c.

XXXIII. Constituto itaque à Praeceptore Nostro Prudentissimo, quomodo mediocritas illa, à VIRO BONO FUTURO in actionibus suis observanda possit inveniri, nihil restare ipsi videtur, quam quod in honestis actionibus frequenter se exerceat atque adeò VIRI BONI habitum sibi comparet. Quemadmodum enim omnes habitus crebrioribus inducuntur actibus: εἰς γὰρ πάνομοιων ἐνεργεῶν αἴ ἔξεις γίνονται 2. Eth. i. t. 18. (quo ipso tam non negaverim unicum etiam actum habitui comparando sufficere) οὐτωδὴ ηὔπεπτον αἱτῶν ἔχει, ita etiam secum virtute habere credendum.

XXXIV. Hinc FUTURUS VIR Bonus ab assuefactione antea non desistat, quam id, quod agat promptè agat & cum aliquâ animi voluptate se facere sentiat, quod antea ægrè & cum difficultate fecerat. Hoc iterum nos docet Noster Philosophus II. Eth. 3. t. 1. σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἔξεων, τὴν ὅπηνομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις. &c.

XXXV. Placet adjungere hæc duo loca ex jam cit. c. 3.  
τοῖς γὰρ ἔντων εἰς τὰς αἰρέσεις, ηγε τοῖς οὐτων τῶν εἰς τὰς  
φυγὰς

Φυγάς, καλός, συμφέροντ<sup>Θ</sup>, ήδε<sup>Θ</sup>, καὶ τειῶν τῶν ἐναντίων, αἰχρῆς, αἴσιμοφόρος, λυπηρός. τοῦτο μὲν τῶν πάντων ὁ αἰγαθὸς καιτορθωπικός ἐστιν. ὁ δὲ κακός, αἱμωρητικός. μάλιστε δὲ τοῦτο τὴν ήδονὴν. i. e. quia cum tria sint quae sequimur, τοιαντα τρια qua declinamus. honestum, utile, jucundum; τοιαντα superioribus contraria sunt, turpe, inutile, molestum; cum in iis omnibus VIR BONUS se recte gerit, τοις IMPROBUS vitiosè, τὸν vel maximè in voluptate. &c t. 24. οὐ μὲν γὰρ τούτοις χρώμα<sup>Θ</sup>, αἰγαθὸς ἐστι. οὐ δὲ κακός. Nam qui his recte utitur, is VIR BONUS, qui perverse, IMPROBUS FUTURUS est.

XXXVI. Et ita quidem circa virtutem mortalem acquirendam occupatus esse debet FUTURUS VIR BONUS. Supra quoque diximus in Constitutione VIRI BONI mentionem esse faciendum virtutis intellectualis, quæ quomodo ipsi accedat, brevissimis audiemus, præter opinionem enim pagella crescit.

XXXVII. Ita Noster II. Eth. I. Διπῆς δὲ αἱρετῆς οὕσης τῆς μὲν Διανοητικῆς, τῆς δὲ ηὔθικῆς. ή μὲν Διανοητικὴ τὸ πλεῖστον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν ἀνέξησιν, διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνος. ή δὲ ηὔθικὴ ἐξ ἑταῖς πειρίσται.

XXXVIII. Ex quibus verbis apparet virtutem intellectualē potissimum doctrinā comparari; ubi non frustra posuit Philosophus vocabulum τὸ πλεῖστον, ob rationes, quas ipsius commentatores assignarunt, Acciaolus præprimis eruditissimè hoc pertractavit.

XXXIX. Hæc quidem inter reliquas virtutes intellectualēs præprimis applicari debent prudentiæ, quâ VIR BONUS polleat, ad quam comparandam opus est labore & singulari industria. Interim Critonem in Dial. de Virtutibus, vel quicunque is Autor est, abesse jubemus atque ad imperitum vulgus amandum, cui persuadeat nullam virtutem atque adeò nec prudentiam posse doceri. Sed omne illud aut Naturæ aut DEI donum esse. Neque Platonem, idem sentientem audire volumus, contra quem Noster Philosophus firmiter illud asserebat, quod etiam in causâ fuij, cur I. Ethic 3. afferat τῆς πολιτικῆς σοκαὶ εἰναὶ σκεῖον αἱρεγατὴν τὸν νέον. Si ergo, inquit. CL. Thomasius in eleganti sua Orat.

Orat. pro Aristot. quod jure suo usus negans &c. p. m. 95. contin-  
geret ut è schola virtutis (sc. Aristotelicâ) plurimi nihil meliores  
redirent, facile prævidebat adversantium voces, culpam banc à di-  
scipulis rejectorum in magistrum, ut qui rem docere suscepisset,  
nullâ disciplinâ parabilem, sed à solâ naturâ divini numinis benefi-  
cio expectandam. Quomodo autem se habeat illud, quod No-  
bil. Dn. Conring. L. de P.C. p. 58. c. 4. dicit prudentiam posse com-  
parari absque omni sermonis usu, etiam à muto, jam nobis non  
licet disquirere.

XL. Filum itaque hoc sit istud Ariadneum, cuius bene-  
ficio ex asperis vitiorum mæandris ad exoptatissimam Virtutum  
BONI VIRI semitam se aliquis poterit deducere; animi motus il-  
licitos in gyrum redigere, appetitum reclamantem suavissimè  
RATIONI, optima quæque imperanti, subjecere atque ἀληθῶς  
ἀγαθὸν, reverâ VIRUM BONUM ηὐέμφερον evadere, qui semper  
ηὐαλιστὶ πάντων πεάξει ηὐαρέσσει τὰ ηατὸν δέσπον, ηὐ τὰς τύ-  
χας ὕστειαλλιστὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς, ὅγ' αἰσ ἀγαθὸς α-  
ληθῶς ηὐ τεράγων Θ., αὐτὸς ψὸγ. 1. Eth. 10. t. 19. h. e, vel ma-  
ximè omnium eageret & cogitabit, quæ virtuti congruunt & for-  
tunas maximè decorè & undiquaque aptè feret, quippe qui VERE  
BONUS sit, quadratus & absq[ue] reprobatione. Qui autem, αἰσ  
βέλεται, ζῆ κυκλωπινῶς, L. X. Eth. 9. t. 38. & qui εἰς πεφύκασι  
αἴδοι πειθαρεῖν, αἱλλὰ Φόβῳ, εἰς δὲ διποδέχεσθαι φάντων διὰ τὸ  
ἀγχεῖν, αἱλλὰ διὰ τὰς πικρίας ἀγορεύοι ὄντες t. 7. Hi profectò  
sunt αἰνιατοι insanabiles t. 27. & nunquam VIRI BONI evadent,  
quos propterea Nostri Doctoris consilio δλως ἐξορίζειν decet.

XLI. Hæc fermè sunt, quæ de BONO VIRO hac vice no-  
stræ nobis obtulerunt meditationes. Non solum pluria, quæ-  
nam BONI VIRI sint consequentia, dicenda forent, verum et-  
iam in quædam his maxime affinia inquirendum I. An eadem sit  
VIRIBONI & BONICIVIS virtus, vel, quod eodem recidit, an  
qui VIRBONUS, sit etiam CIVISBONUS. Quâ in controversiâ  
evolvenda nimium operosi fuerunt Autores. Doctor Noster III.  
Pol. integrum C. IV. in ea explicanda consumsit, in quod vide Piccart.  
p. m. 388. Giphon. p. 307. Adde caput 1. & 2. L.V. Eth. & in hoc Ma-  
gir. p. 433. & Libr. I. Eth. c. 9. Lipsium L. t. Civ. Doctr. c. 1.

n. 4 CL. Arnis. in Doctr. Polit. part. 1. c. 1. p. 5. & Libr. 2. Rel. Polit. c. 1. sect. 2. n. 11. & 12. B. Jacob. Mart. Cent. 8. Qu. Illustr. Qu. 9. B. Horn. L. 3. Phil. Mor. c. 11. n. 9. p. 439. & l. 4. c. 3. n. 9. Piccol. Gr. 10. Ph. Civ. c. 2. 3. & 4 Non pigebit ea tantum addere, quæ habentur in Disp. Excell. Conringii de Civ. & Civit. in genere §. 19. Nimicum CIVIS Bonus est, qui facultate judicia & magistratus administrandi & suffragia de summa Republ. bene ferendi est instructus. At vero VIR Bonus est, qui munus suum proprium, (secundum quod quilibet bonus vel malus, prout in eo vel praefat, vel deficit, praedicatur) i. e. virtutis actus bene potest exercere. Evidem & possunt hæc in unum idemque subjectum cadere & optimè nobiscum Rebusque Christianorum publicis ageretur, Si ii, qui civium bonorum & verorum laudem præ aliis affectant, ad virtutem etiam & eam, quæ virtutum merces est, gloriam serio aspirarent. Tenendū id autē contra eos, qui eos demum curandæ & administrandæ rei communi aptos censem, qui ipsam pietatem & morum honestatem insuper, fas & nefas juxta habent, dummodo se hac ratione BONI CIVIS officio praecipare functos glorientur. Hæc ibi. II. Quomodo se gerere debet at VIR BONUS in bello Civili. Vide Lips. L. 6. Doctr. Civ. c. 6. & Piccol. grad. 10. c. 5. qui paulo aliter ibi hanc quæstiouem proponit. III. An VIR BONUS debeat esse Φίλαυρος. Vide Arist. 9. Etb. 8. IV. Utrum Politici VIRI virtus Moralis eadem sit, quæ VIBONI. Vide Nob. Dn. Conring. Pr. Civ. p. 267. V. Consiliarium esse debere VIRUM BONUM. Vide Nob. atque Consultiss. Dn. Conring. Disp. de Boni Consiliarii in Republ. muneres §. 8. &c. Sed hæc alio tempore.

XLI. Sistimus proinde calamum, atque, ut piè decet, votō finimus : HANC. MEAM. JENAM. DEUS. ALGEAT. HANC. DEUS. CONSERVET. HANC. DEUS. PROTEGAT. ATQUE. IN. EA. OMNES. QUI. MIHI. BENE. CUPIUNT. INCOLUMES. IN. MULTOS. ANNOS. CLEMENTISSIME. TUEATUR. TANTUM.

Pla.



•95(0)96

Placuit Generoso atque Nobilissimo DNO. Re-  
spondenti, Amico atque Contubernali meo singu-  
lari amore atque honore prosequendo sequentia, sui  
ipsius verbis excepta, ad ventilandum  
*buc proponere*

# COROLLARIA.

I. Princeps in summo necessitatis gradu, salutem publicam concernente, privatorum bona nolentibus volentibus afferre sine nota iniquitatis aut violatione Juris naturae potest: modò post evitatum Reipubl. imminens naufragium justificat refusio. Ethunc ferè in modum Strigelius Galii regium illud jus à Samuele I. Sam. 8. à. v. II. usq; ad 19. præscriptum, intellectum voluerunt; sed placet Carpzovio in L. K. Convenientior L. Sacrae interpretandi modus, quo apertè colligere est, per jus illud non privilegium quoddam regium, sed tyrannidem quandam denotari. Vid. Grotius de J. B. A. P. l. i. c. 4. Vocabulum enim נִהְיָה nihil aliud, quam consuetudinem & morem significat, in quo significatu sumitur I. Sam. 27. Gen. 40. v. 13. 2. Reg. 17. v. 34.

II. Subdidi contra Regem, quamdiu eorum Rex est, armis  
sumere non possunt; quamprimum autem vel fundamenta-  
les leges violando, aut quo cunque alio modo nexum inter  
se & subditos intercedentem solvit, si non alia via ejus-  
dem tyrannis evitari queat, quin possint, nullus dubito.

III. Ea est Principis mandati religio, ut nisi præceptum  
naturæ, aut pietas te deterreat, secus facere non licet.

IV. Privilegia à Principe concessa subditis successor, nisi eadem denuò confirmaverit, aut ipsa ad certum & determinatum tempus restricta sint, revocare potest.

V. Majestas, quæ legibus positivis, quæ talibus, adstricta  
est, nihilo minus quam majestas erit.

VI. Parum in recessu Illustri Politico Bæclero habere vi-  
detur illa distinctio inter majestatem realem & perso-  
nalem.

VI. Non regi regnum, sed regno<sup>1</sup> Rex datur ; hinc sub-  
ditorum potius quam sui ipsius commodum spectare debet.

VII. Religio Rerum publ. fundamentum est, sine qua o-  
mnes corruunt.

VIII. Insignis Amnestia in rebus publ. est utilitas : hâc  
enim oblivionis lege non tantum motus civiles præveniun-  
tur, sed & jam exorti commode sedari possunt.

IX. Princeps ob malam & suspectam Reip. administra-  
tionem à subditis statim deponi, aut à gubernaculo remove-  
ri non potest, nendum ob administrationis negligentiam.

X. Imperium nostrum adhuc etiam recte dicitur Roma-  
num. Vid. Carpzov. in L. R.

XI. Satis absurdum eum dixerim, qui Majestatem sine  
regalibus aut juribus majestatis vel ad momentum subsiste-  
re posse autem.

XII. Non quodvis bonum cuivis Reip. bonum, & sapè ea,  
qua huic Reip. summo commodo fuere, alteram penitus e-  
vertisse experimento constat.

XIII. Non semper profuisse id, quod invictis & validis-  
simis rationibus nititur, in republ. elegisse CL. Boxhor-  
nius pluribus ostendit.

XIV. Adobtinendum id, quod nobis debetur, & defen-  
denda, que nostra sunt, re alterius, in vito domino de jure  
Naturæ nos uti posse non ignobiles Politici asserunt.

F I N I S.

01 A 6574


ULB Halle

003 090 566

3



R VD 17



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



17

L.F.F.F.Q.  
DISSERTATIO ACADEMICA,

SCIENTIA CIVILI  
Summi Philosophi, Aristotelis,  
potissimum concinnata,

instruens

FUTURUM VI-  
RUM BONUM,

Quam,  
Benivolo Superiorum Indultu,  
Studiis Academicis,

in  
INCLUTISSIMA SALANA  
ultra Quinquennium productis,  
ad tempus

VALEDICTURUS

Bonorum Censur & Virorum atque placida Commili-  
tonum exponit

M. HENRICUS Grell/Altenburgensis,

RESPONDENTE  
INNOCENTIO von Einsiedel / Equite Misnico.  
Habebitur

in Philosophorum Acroaterio

Ad d. XXIX. Decemb. A.R.S. M. DC. LXIII.

JENÆ, Charactere NISIANO.

